Die digitale Landesbibliothek Oberösterreich

oö landes bibliothek

Terms and Conditions
The Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept there Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Library

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

Imprint:
Director: Mag. Renate Plöchl
Deputy director: Mag. Julian Sagmeister
Owner of medium: Oberösterreichische Landesbibliothek
Publisher: Oberösterreichische Landesbibliothek, 4021 Linz, Schillerplatz 2

Contact:
Email: landesbibliothek(at)ooe.gv.at
Telephone: +43(732) 7720-53100

luce tenebras creauit. i. umbram ex obiectione corporum luci. et creatas diuisit locorum distantia. et qualitate ut scilicet numquam simul sed semper e regione diuersa. hemisperia lucis sim sibi uendicaret. hic etiam intelligitur angelorum facta diuisio. stantes. lux. cadentes tenebre dicti sunt. Et appellauit lucem diem. a dyan greco quod est claritas. sic lux dicitur quia luit i. purgat tenebras. tenebras dixit noctem. a nocendo. quia nocent oculis ne uideant sicut tenebre que tenent oculos ne uideant. Sic tamen dies a dyan extortum est a greco. ita nox a nictym. [nictitare uel uigilare] Et factum est uespere et post factum est mane et sic completus est dies unus naturalis. primo enim cum celo et terra lux creata est. qua paulatim occidente. factum est uespere prime diei usualis. et eadem migrante sub terras et ad ortum ueniente factum est mane. i. terminata est nox et inchoauit dies secunda. itaque precedente luce diei et consequenti nocte terminata extitit dies unus.

Secunda die De opere secunde diei. disposuit deus superiora mundi sensibus. Empireum enim quod cito factum statim dispositum est. et ornatum idest scilicet angelis repletum. Fecit ergo ea die deus firmamentum in medio aquarum. i. quandam naturam extiorem mundi superficiem ex aquis congelatis. ad instar cristalli solidatam et perlucidam intra se cetera sensibilia continentem ad imaginem teste que moto est. et in eo fixa sunt sidera et dicitur firmamentum non tantum propter sui soliditatem. sed quia terminus est aquarum. que super ipsum sunt firmus et intransgressibilis. dicitur celum idest quia celat. i. tegit omnia sensibilia. et cum legitur firmamentum celi. endiadis est. i. firmamentum quod est celum. ut est creatura salis. unde et ipsum et camerationem grece dicitur uranon. i. palatium. Et palatus. et dicitur celum. quasi casa elyos quia sol sub ipso positus ipsum illustrat. hanc tamen circumuolutam concamerationem philosofus summitatem ignis intellexit. cum enim ignis non habet quo ascendat. circumuoluitur ut in elybano patet. ita et circa mundi exteriora ignis uoluitur et hoc est ethereum uel sideum celum. Est et tercium celum infra quod aerium dicitur. de quo.